Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

grecī sermonis ostendere. Regnū autē
~~terreū~~ qd pspicue ptinet ad romanos. ferreū est quod cōminuit et domat omnia.
sed pedes eius et digiti ferrei ex parte et ex
parte sunt fictiles. Quod hoc tempore ma
nifestissime cōprobatur: Sicut enī in prin
cipio nihil romano imperio fortius et
durius fuit. ita in fine rerum nihil im
becillius. quando et in bellis ciuilibus. et
aduersū diuersas nationes aliarū gen
tium barb. arārū indigemus auxilio.
In fine autē horū omniū regnorū auri.
argenti. eris. et ferri. abscissus est lapis
dns atq; saluator: sine manib' id ē absq;
coitu et humano semine de utero uir
ginali. et contritis uniuersis regnis fac
tus est mons magnus. et impleuit uni
uersā terrā. Quod iudei et impius por
phirius male ad pplm referunt isrl. quē
in fine seclī uolunt esse fortissimum. et
omnia regna conterere et regnare in
eternū. Ds magnus ostendit regi que